Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8290
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



innumeras adflictiones oriri quotidie doctis, ut rectius dixeris vomeri eos incumbere liberius quam in litteris emunctioribus tot noctes habuisse ad lucernam instones

Caput Secundum

Curiosus satis & anxius me reddidi o cives, ut ex longa mea oratione adcepistis, quo semel ditarem animum meum sapientia & doctrinis candidis Ceterum diligenter inquisiturum me hodie verto dum mani spe nutritus nancisci integer avidissimus erat animus, si saltem id contingeret corpori nostro, quod hactenus spiritui firmiter stabat denegatum, dixi ergo, felicius instituto meo consules, si animus noster quo sapiens iacet omni requie destitutus, nec quicquam est, quo iuste mortalis consolatur, & animi defatigationes preter flagellum aliud sequitur nihil, ibo nunc libere laxaturus carni meae frena, nec quas querit delicias interrumpam unquam. In hac vero ancipiti pugna audi quid actum est, egi rex ut declamo ecclesiastes, nihil & intentatum reliqui, totius autem negotii finis stultitia & adflictio erat. Nam nulla carnis est voluptas, etiam magno aere empta, quae non extemplo a tergo secum latura esset comitem tristitiam Rem vero probe expertus murmurans mecum disserebam, Risus quem tibi in delicijs caro peperit, totus est prophanus, gaudium & hinc tibi est horarium, quid ergo ita misere deceptus sudorem frustra adponis. Novissime mecum diligenter in corde meo exquisivi complura argumenta, quibus sperare maximum dei donum nempe sapientiam contingeret, ut illa adepta ne amplius stultitia rectrix vitae meae foret, & hanc ob rem nanciscendam praepedimenta nonnulla libere dimovi, carnem enim meam vino non incalvi, in quo omnis levitas & pruritus & quicquid adversum videbatur resecui At negotium in illum finem auspicabar ut viderem ex longo meo illo sudore hoc optimum quo sese homines beatos fore praedicant, de quo & inter mortales tot erecti sunt tituli magnifici, Principio ergo quicquid operum manus operariae in delicijs consequi poterant arte & ingenio id totum a me non erat inhospitatum, Ad caelum usque stabant aedes mihi in medio urbis erectae, hypocausta mea auro & argento phalerata erant, habebantque parietes in se regum & plurium acta

Dixi ego in corde meo

Risui dixi

Magnificavi mihi opera mea